



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CLXXII. De causa prophetiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

nat suū a diuino instin-  
ctum : qm̄ non  
semper ad hūmōi er-  
rorem prorūpit, sed  
suis enlo stat animo,  
& p̄fert eloquio sus-  
pensio, tum quia da-  
to, q̄ post cognoscē  
ret ex aduenire cog-  
rectione, stat solida  
differētia als gnata  
quōd absolute in ip-  
so instinctū non cog-  
noscat an Deus sit,  
qui det illum.

In prologo  
in P̄dica. 1.  
in prin.

¶ Ex eodem articulo  
collige aliam pro-  
phetiæ conditionē,  
s. q̄ si simpliciter est  
prophēta, dat pro-  
phēta clarā visio-  
nē reuelationis,  
hoc est q̄ Deus est  
reuelans sibi tunc  
hoc, ita q̄ non cre-  
dit firmiter, sed vi-  
det sic esse.

Art. 3. & 5.  
huius q̄.

¶ Super Quisio. 171.  
Artic. 6.

**I**n artic. 6. eiusdē q̄.  
171. nota in corpo-  
re articuli, quōd pro-  
phēta dī cognitio  
expressa ex diuina  
reuelatione per mo-  
dum doctrinæ, non  
quantū ad discursū,  
sed quā ad cōi-  
cationem, ita quōd  
intendit auctor non  
q̄ Deus doceat pro-  
phetam syllogizan-  
do, vt magister do-  
cet discipulū ex quo-  
dā i quoddā discursū  
do sed q̄ doces hōi-  
nē cōicādo illi notit-  
iā suā, sicut magi-  
ster cōicā discipulo  
notitiā quā hēt. Mo-  
dus autē quomodo  
ista cōicatio fit, in-  
ferius tractabitur.

q. 14. art. 13.  
& 15. & q.  
16. art. 8. q.  
39. ar. 4.

¶ In eodem articulo  
in responsione ad 3.  
nota duo. Primū est,  
q̄ auctor asserit an-  
tecedens illud, A est  
prophetarū, & simi-  
liter, A est p̄sentū, es-  
se impossibile nō ef-  
se, hoc est, esse neces-  
sariū, ita q̄ cōcedit  
argumento, q̄ ante-  
cedens est absolute

phetarum, erit: huius autem con-  
ditionalis antecedens est necessa-  
rium absolute, cum sit de prae-  
rito, ergo & consequens erit ne-  
cessarium absolute, quod est in-  
conueniens: quia sic propheta,  
non esset contingentium. Falsum  
est ergo, q̄ propheta non possit  
subesse falsum.

**S**ED CONTRA est, qd Cassiod.  
dicit, \* quod propheta est in spi-  
ratio, vel reuelatio diuina, rerum  
euentus immobili veritate denū-  
tians: non autem esset immobilis  
veritas prophetae, si posset ei fal-  
sum subesse. ergo non potest ei  
subesse falsum.

**R**ESPON. Dicendum, quod si-  
cut ex dictis patet, propheta est  
quoddam cognitio intellectui pro-  
phetae impressa ex reuelatione di-  
uina per modum cuiusdam do-  
ctrinae. Veritas autem cognitio-  
nis est eadem in discipulo & in do-  
cente, quia cognitio addiscentis  
est similitudo cognitionis docē-  
tis, sicut in rebus naturalibus for-  
ma generati est similitudo que-  
dam formae generantis. Et per hūc  
et modum Hieron. dicit, q̄ pro-  
pheta est quoddam signum diui-  
nae praesentiae. Oportet igitur eā  
dem esse veritate prophetae cog-  
nitionis, & enuntiationis, quae  
est cognitionis diuinae, cui im-  
possibile est subesse falsum, vt in  
primo dictū est. Vnde propheta  
non potest subesse falsum.

**A**D PRIMVM ergo dicendum,  
q̄ sicut in primo dictū est, \* cer-  
titudine diuinae praesentiae non ex-  
cludit contingentiam singulariū  
futurorum, quia fertur in casū,  
quod sunt praesentia, & iam de-  
terminata ad vnum. Et ideo etiā  
propheta, quae est diuinae praesentiae  
similitudo impressa, vel  
signum, sua immobili veritate fu-  
turorum contingentiam nō ex-  
cludit.

**A**D SECUNDVM dicendum, q̄  
diuina praesentia respicit futura in  
duo. s. in qd sunt in seipsis, in qua  
s. ipsa praesentia inuenitur: &  
s. in qd sunt in suis causis, in  
quā s. videt ordinē causarū ad  
effectus. Et quamuis contingentia  
futura, prout sunt in seipsis, sunt  
determinata ad vnum, tñ prout  
sunt in suis causis, nō sunt deter-  
minata, quin possint aliter eue-  
nire. Et quāuis ista duplex cog-  
nitio semper intellectui diuino cō-  
iungatur, non tamē coniungitur  
semper in reuelatione prophetae,  
quia impressio agentis non  
semper adequat eius virtutē. Vn-  
de quādoq; reuelatio prophetae  
est impressa quadam similitudo

diuinae praesentiae, prout re-  
cit ipsa futura contingentia in se-  
ipsis: & talia sic eueniunt, sicut  
prophetantur, secundū illud, Ec-  
ce virgo concipiet. Quandoque  
verò propheta reuelatio est im-  
pressa similitudo diuinae praesentiae,  
prout scilicet cognoscit ordi-  
nem causarum ad effectus: & sic  
quandoque aliter euenit, quam  
prophetetur, nec tñ prophetae  
subest falsum. Nā sensus prophetae  
est, quod inferiorum causarū  
dispositio siue naturalium, siue  
humanorū actū, hoc habet, ut  
talis effectus eueniat, & secundū  
hoc intelligitur uerbum illud, dicit  
dispositio corporis tui ad mortē  
ordinatur. & quod dicitur Iona  
3. Ad huc quadraginta dies, & Ni-  
nue subuertetur, id est, hoc me-  
rita eius exigunt, ut subuertatur.  
Dicitur autē Deus poenitere meta-  
phorice, in quantum ad modum  
poenitentis se habet: prout scilicet  
mutat sententiam, etiam non  
mutet consilium.

**A**D TERTIVM dicendum, q̄  
quia eadem est veritas prophetae,  
& diuinae praesentiae, vt dictū  
est, \* hoc modo illa conditi-  
onalis est vera, Si aliquid est pro-  
phetatū, erit sicut ista. Si aliquid  
est praesentium, erit. In vtraque  
enim antecedens est impossibile  
non esse. Vnde & consequens est  
necessarium non secundū, quod  
est futurum respectu nostri, sed  
vt consideratur in suo praesentem,  
prout subditur praesentiae diuinae,  
ut \* in primo dictū est.

**Q**VAESTIO CLXXII.  
De causa prophetiae, in sex articulis  
diuisa.

**D**EINDE considerandi  
est de causa prophetiae  
Et circa hoc quaerun-  
tur sex.

- ¶ Primū, Vtrum propheta sit  
naturalis.
- ¶ Secundū, Vtrum sit a Deo mediū  
requisitū naturalis.
- ¶ Tertio, Vtrum ad prophetiam requi-  
sitio naturalis.
- ¶ Quarto, Vtrum requiratur bonitas  
naturalis.
- ¶ Quinto, Vtrum sit aliqua prophetae  
causa naturalis.
- ¶ Sexto, Vtrum prophetae dicitur  
dicant verum.

ARTICVLVS PRIMVS

Vtrum prophetiae possit esse naturalis

**A**D PRIMVM sic proceditur  
quod propheta possit esse naturalis  
enim Gregorius \* in 4. Dialogorum

bro, quod anima col-  
 ligat scientiam ex sen-  
 sibilibus. Secundo,  
 circa dispositiones na-  
 turales prophetat, quod  
 auctor ex Avicenna  
 in sexto Naturae. has  
 duas dispositiones  
 approbavit in pro-  
 pheta naturali. I. ho-  
 nitate in imaginariis,  
 & claritate inelli-  
 gentia, relinquendo ter-  
 tiam. I. animae pote-  
 statem quae chimeri-  
 ca est illa tertia. In  
 secunda autem conditio-  
 ne potest advertere,  
 quod non est sermo de  
 diuinationibus, aut si-  
 gnificationibus, nec sci-  
 entiam, quid dicant, sed  
 claritatem intelligen-  
 tiae oportet esse in  
 prophetia utraque. I.  
 naturali, & diuina,  
 alioquin nullus pro-  
 pheta nomen mere-  
 tur. Et hinc habes  
 quantum ad somnium,  
 & melancholicis aequae  
 istiusmodi homini-  
 bus plenis apparitio-  
 nibus interioribus. Pro-  
 pheta cognitio, est  
 quae secundum naturam est,  
 dicitur. Oportet enim  
 claritatem intelligen-  
 tiae adesse, hoc est,  
 certissimam visionem il-  
 lorum, quae significan-  
 tur, alioquin nihil est.  
 Tertio, circa autho-  
 ritatis profectum ex te-  
 pore quo scripserat q.  
 12. de veritate vique  
 in locum istum. Hic  
 enim quae dixit natura  
 lem prophetiam, ad  
 prophetiam secundum  
 defectum, & ista illa,  
 quae ex diuina est reue-  
 latione, & est simpli-  
 citer esse prophetiam,  
 Et ita est, ut patet ex  
 auctoritate Petri ap-  
 ostoli, & ex ratione  
 literae. Et propterea  
 si licet negandum  
 est prophetiam pos-  
 se esse a natura.  
 ¶ In ratione ad pri-  
 mum, quia authoritas  
 Gregorij animae  
 naturalis vim ad pra-  
 uentendum futura aper-  
 te docet: ideo au-  
 thor subtilitate natu-  
 rale animae ad poi-  
 tendum non ad vim  
 uisum futurorum,  
 sed ad vim per cepti-  
 uam praesentium redu-  
 citur, quae nec noua,  
 nec antiqua animae  
 subtilitate habet aia  
 vim futurorum praeui-  
 suam, cum mortui cor-  
 poris propinqua est:  
 sed naturalis iua vir-  
 tute, quam tunc habet  
 expeditoris respec-  
 tu interiorum mo-

aliquando animarum vis sua subti-  
 litate aliquid prauidet. & Aug. ¶  
 dicit in 12. super Gen. ad litera, quod  
 anima humanae, secundum quod  
 a sensibus corporis abstrahitur,  
 coepit futura prauidere: hoc autem  
 pertinet ad prophetiam. ergo anima  
 naturaliter potest asse-  
 qui prophetiam.

¶ 2. Prat. Cognitio animae huma-  
 nae magis viget in vigilando, quam  
 in dormiendo: sed in dormiendo  
 quidam naturaliter prauident quae  
 futura, ut patet per Philosophum  
 ¶ 3. Pret. Homo secundum suam naturam  
 est perfectior animalibus brutis:  
 sed quaedam animalia bruta habent  
 cognitionem futurorum ad se perti-  
 nentium, sicut formicae praecogno-  
 scunt pluuias futuras, quod  
 patet per hoc, quod ante pluuia inci-  
 piunt granam in foramen reponere,  
 & similiter pisces praecogno-  
 scunt tempestates futuras, ut per  
 penditur ex eorum motu, dum  
 loca tempestuosa declinant. ergo  
 multo magis homines naturaliter  
 praecognoscere possunt futura  
 ad se pertinentia, de quibus est pro-  
 pheta. Est ergo, prophetia a natura.

¶ 4. Pret. Prover. 29. dicitur. Cum  
 propheta defecerit, dissipabitur  
 populus, & sic patet, quod prophetia  
 est necessaria ad hominum conser-  
 uationem: sed natura non de-  
 ficit in necessarijs. ergo videtur,  
 quod propheta sit a natura.

SED CONTRA est, quod dicitur  
 Petr. 1. Non enim uoluntate huma-  
 na allata est aliquando propheta,  
 sed Spiritu sancto inspirante  
 locuti sunt sancti Dei homines.  
 ergo prophetia non est a natura,  
 sed ex dono Spiritu sancti.

RESPON. Dicendum, quod sicut  
 supra dictum est, prophetia praeco-  
 gnitio potest esse de futuris duplici-  
 ter. Vno modo, secundum quod sunt  
 in seipsis. Alio modo, secundum quod  
 sunt in suis causis. Praecognosce-  
 re autem futura, secundum quod sunt  
 in seipsis, est proprium diuini in-  
 tellectus, cuius eternitati sunt omnia  
 praesentia, ut in primo dictum est.  
 Et ideo talis praecognitio futurorum  
 non potest esse a natura, sed solum  
 ex reuelatione diuina. Futura vero  
 in suis causis possunt praecogno-  
 sci naturali cognitione et ab homi-  
 mine: sicut medicus praecogno-  
 scit sanitatem, vel mortem futu-  
 ram in aliquibus causis, quarum  
 ordinem ad tales effectus experi-  
 mento praecognoscit. Et talis cog-  
 nitio futurorum potest intelligi esse  
 in homine dupliciter a natura.

A Vno modo sic, quod statim anima  
 ex eo quod in seipsa habet, possit  
 praecognoscere futura, & sic si-  
 cut Aug. dicit 12. super Gen. ad  
 litera, quidam uoluerunt animam  
 humanam habere quaedam vim diu-  
 nationis in seipsa. Et hoc uel esse  
 secundum opinionem Plato, qui  
 posuit, quod animae habent omnium  
 rerum cognitionem per participatio-  
 nem idearum: sed ista cognitio ob-  
 nubilatur in eis per conuersionem  
 corporis, in quibusdam tamen plus,  
 in quibusdam uero minus secundum  
 corporis puritatem diuersam, & se-  
 cundum hoc posset dici, quod homines  
 habentes animas non multum ob-  
 tenebratas ex corporum unione  
 possunt talia futura praecognosce-  
 re secundum propriam scientiam.

Contra hoc autem obicit Aug. ¶  
 Cur non semper possit vim diu-  
 nationis habere anima, cum sem-  
 per uel sit. Sed quia uerius esse uel,  
 quod anima ex sensibilibus cognitio-  
 nem acquirat, secundum senten-  
 tiam Aristoteli. ut in primo dictum  
 est: ideo melius est dicendum alio  
 modo, quod praecognitionem talium  
 futurorum homines non habent,  
 sed acquirere possunt per uiam ex-  
 perimentalem, in qua uiuantur  
 per naturalem dispositionem se-  
 cundum, quod in homine inueni-  
 tur perfectio virtutis imaginati-  
 uae, & claritas intelligentiae. Et tamen  
 haec praecognitio futurorum differt  
 a prima, quae habetur ex reuelati-  
 one diuina dupliciter. Primo  
 quidem, quia prima potest esse  
 quoruncumque euentuum, & in-  
 fallibiliter. Haec autem praecogni-  
 tio, quae naturaliter haberi potest  
 est circa quosdam effectus, ad quos  
 se potest extendere experientia hu-  
 mana. Secundo, quia prima pro-  
 pheta est secundum immobi-  
 lem ueritatem, non autem secunda,  
 sed potest ei  
 subesse falsum. Prima autem praecognitio proprie  
 pertinet ad prophetiam, non secunda: quia sicut  
 supra dictum est, praecognitio est eorum  
 quae naturaliter excedunt humanam cognitionem.  
 Et ideo dicendum, quod propheta simpliciter di-  
 cta, non potest esse a natura, sed solum ex reuelati-  
 one diuina.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod anima quando  
 abstrahitur a corporalibus, aptior redditur ad perci-  
 piendum influxum spiritualium substantiarum, & et  
 ad percipiendum subtiles motus, qui ex impressionibus  
 naturalium causarum in imaginatione humana relin-  
 quantur, a quibus percipiendae anima impeditur,  
 cum fuerit circa sensibilia occupata. Et ideo Grego-  
 rius dicit, quod anima quando appropinquat  
 ad mortem, praecognoscit quaedam futura subtili-  
 tate suae naturae, prout scilicet percipit etiam mo-  
 dicas impressiones, aut etiam cognoscit futura re-  
 uelatione angelica, non autem propria uirtute:  
 quia ut Augustinus dicit 12. super Genesis ad li-  
 teram. Si hoc esset, tunc haberet quodcumque.  
 Secunda Secunde S. Tho. GGG 2 vel-

tuum, uisum ab ex-  
 terioribus, & corpo-  
 re proprio magis re-  
 mota, percipit, uel u-  
 periorum intellectum  
 secundum naturae ordinem  
 reuelationes: uel quod  
 magis consonat, per-  
 cipit subtiles motus  
 imaginariae & im-  
 pressionis causarum  
 naturalium. Ex qui-  
 bus motibus imagi-  
 nariae lucetibus lu-  
 mine intellectus ager-  
 tis, & alius forte  
 superioris intellectus,  
 mouetur intellectus  
 noster possibilis ad  
 cognoscendum futu-  
 rum in praesenti signo  
 reperiendum. Et hoc  
 modo uel ille, cuius  
 meminit Greg. pra-  
 uidiisse sepelendum  
 se in Sancto Xisto.  
 ¶ In responsione ad  
 quartum cum legis  
 prophetiam necesse  
 est ad populum guber-  
 nationem, non intelli-  
 gas de prophetia no-  
 ua, sed fac est si sit an-  
 tiqua, iuxta uerbum  
 Abraham ad diuitem.  
 Habent Moyses, &  
 prophetas, audiant  
 illos Et in ordine  
 dem ad diuinum cul-  
 tum est omnino ne-  
 cessaria prophetia ex  
 parte nostrae, ut pra-  
 dictum est in ordine  
 ante ad alia, necessa-  
 ria est ad hoc, ut fir-  
 mior, efficaciorque  
 sit populi gubernati-  
 o. Verbum liquidus  
 Dei ualidum est, & pe-  
 netrabilis ut gladio,  
 &c. Et praeterea  
 in littera dicit, Et praeci-  
 pue &c. ut scilicet  
 ueramque necessita-  
 tem ostenderet.

Lib. 12. a. 12. in prin. co. 3.

In Dialog. 6. de Repub. vel de iusto, a med.

Li. 12. i. gen. c. 13. to. 1.

q. 84. ar. 1. 6. & 7.

q. praecar. 1.

Li. 4. Dislo. ca. 26.

Li. 12. c. 12. non longe a prin. tom. 1.

Super Questionis 172 Artic. 2.

In art. 2 eiusdem q. 172. dicitur duo occurrunt. Primum, circa illuminationem prophetica, an. scilicet ab angelo, quo ad ipsum lumen propheticum, an no. Et est ratio dubij, quia si lumen propheticum, non esset ab angelo, frustra in littera diceretur, Verumque. scilicet illuminationes & revelationes. Sufficiens siquidem dicere, Revelationes per angelos deferuntur. In oppositum autem est, quia auctor in principio huius summae q. 6. art. 1. ad primum, ponit quod lumen fidei in intellectu nostro est immediate a Deo. ergo a fortiori lumen propheticum, quod facit evidentiam eorum quae sunt fidei.

Secundum dubium est circa inspirationem prophetica, an fit ab angelo. Dicitur enim in primo articulo precedentis quae est onis, quod ad prophetiam requiritur inspiratio. Et est ratio dubij, quia in responsione ad primum dicitur, quod non est eadem ratio de spectantibus ad intellectum, & de spectantibus ad voluntatem: quoniam angelus potest imprimere in intellectu, non autem in voluntatem. Costat autem, quod inspiratio prophetica ad voluntatem spectat.

Articulus II. Vtrum prophetica revelatio fiat per angelos.

Ad secundum sic procedit. Vtrumque, quod prophetica revelatio non fiat per angelos. Dicit enim Sapientia 7. quod sapientia Dei in animas sanctas se transfert, & amicos Dei constituit immediate: ergo etiam prophetas facit immediate, non mediantibus angelis.

2. Praeterea. Prophetia ponitur inter gratias gratis datas: sed gratiae gratis datae sunt a Spiritu sancto, secundum illud, Divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: non ergo prophetica revelatio fit angelo mediante.

3. Praeterea. Cassiodorus dicit, quod prophetia est divina revelatio: si autem fieret per angelos, diceretur angelica revelatio: non ergo prophetia fit per angelos.

Sed contra est, quod Dionysius dicit 4. cap. calcit. hierar. Divinas visiones gloriosi patres nostri adepti sunt per medias coele-

stes virtutes: loquitur autem de visionibus prophetis: ergo revelatio prophetica fit angelo mediantibus. Respondendum, quod dicitur a Apostolo dicitur ad Rom. 15. Quae a Deo sunt, ordinata sunt. Habet autem hoc divinitatis ordinem sicut Dionysius dicit, ut infra per media disponat. Angeli autem medij sunt inter Deum, & homines, ut pote plus participantes de perfectione divinae bonitatis, & homines: & ideo illuminationes & revelationes divinae a loco homines, per angelos deferuntur. Prophetica autem cognitio fit per illuminationem, & revelationem divinam: unde manifestum est, quod fiat per angelos.

Ad primum ergo dicitur, quod gratia gratis datae attribuitur Spiritui sancto sicut primo principio: qui tamen operatur immediate in hominibus mediante ministerio angelorum.

Ad tertium dicitur, quod operatio instrumenti attribuitur principali agenti, in cuius ministerio instrumentum agit. Et quia minister est sicut instrumentum, ideo prophetica revelatio, fit ministerio angelorum, dicitur esse divina.

Articulus III. Vtrum ad prophetiam requiratur dispositio naturalis.

Ad tertium sic procedit. Vtrumque ad prophetiam requiratur dispositio naturalis. Prophetia non recipitur in propheta secundum dispositionem recipientis, quia per illud Amos 1. Dominus deus regiet, dicit glossa. Hiero. Nativitas est, ut oes qui volunt se regi coparare, ex his rebus sumant comparationes, quas sunt experti, & in rebus quibus sunt nutriti. v.g. Natus suos inimicos ventis, dampnum naufragio comparat. Sic & Amos, qui fuit pastor pecorum, timorem Dei rugitui leonis assimilat, sed quod recipit in aliquo secundum modum recipientis, requirit naturalem dispositionem, ergo prophetia requirit naturalem dispositionem.

q. 172. art. 1. & 3. conca. 154. & ver. q. 12. art. 8. & Matt. 13. c. 3. f. 8. l. 4. & 2. Cor. 14.

\* In prolo. super Psal. 106. ast. 1. ad 2. Unde concedendum est quod tam lumen fidei, quam lumen propheticum, illud habituale, hoc per modum transeuntis a Deo est immediate. Vocatur autem angelus illu-

ca. 1. in prolo. ca. 4. narrat. meo. dicitur.

phie secundū se, & sic constat, quod... & aliquid dispositionem, & q... impeditur per aliquam indispositionem. Nā exigit imaginariū bene preparatam ad ministrandum, seu obsequendum propheticae visioni, qm̄ diuina illuminatione circumue-

¶ 2. Præc. Speculatio prophetiae est altior, quā scientiæ acquirunt: sed indispositio naturalis impedit speculationem scientiæ acquirunt: multi enim ex indispositione naturali pertere non possunt ad scientias speculatiuas capiendas. multo ergo magis requiritur ad contemplationem prophetiam.

¶ 3. Præc. Indispositio naturalis magis impedit aliquē, quā impedimentum accidentale: sed per aliquid accidentale superueniens impeditur speculatio prophetiae. dicit enim Hiero. \* super Matth. quod in tempore illo, quo coniugales actus geruntur, p̄sentia Spiritus sancti non dabitur, et si propheta esse videatur, qui officio generationis obsequitur, ergo multo magis indispositio naturalis impedit prophetiam: & sic videtur, quod bona dispositio naturalis requiritur ad prophetiam.

Sed contra est, quod Gregor. dicit in Homil. Pentecostes. Implet. s. Spiritus sanctus citharedum puerum, & psalmistam facit: pastorem armentorum syco moros vellitantem, & prophetā facit. Non ergo requiritur aliqua dispositio præcedens ad prophetiam, sed dependet ex sola voluntate Spiritus sancti, de quo dicitur 1. ad Corinth. 12. Hac omnia operatur vnus atque idem Spiritus diuidens singulis prout uult.

Respons. Dicendum, quod sicut dictum est, \* prophetia vere, & simpliciter dicta, est ex inspiratione diuina: quæ autem est ex causa naturali, non dicitur prophetia nisi secundū quid. Est autem considerandum, quod sicut Deus, qui est causa vniuersalis, in agendo non præexigit materiam, nec aliquā materiam dispositionem in corporalibus effectibus, sed simul potest, & materiam, & dispositionem, & formam inducere: ita etiā in effectibus spiritalibus non præexigit aliquā dispositionem, sed potest simul cum effectu spiritali inducere dispositionem conuenientem, qualis equiritur secundum ordinem naturæ. Et ulterius possit etiam simul per creationem producere ipsum subiectum, scilicet animam, & in ipsa sui creatione disponere ad prophetiam, & dare ei gratiam prophetalem.

Ad primum ergo dicendum, quod indifferens est ad prophetiam, quibuslibet; similitudinibus prophetica exprimitur. Et ideo hoc ex operatione diuina non immutatur circa prophetiam remou-

uetur autē diuina virtute, si quid prophetiæ repugnat.

Ad secundum dicendum, quod speculatio scientiæ fit ex causa naturali. Natura autem non potest operari, nisi dispositione præcedente in materia, quod non est dicendum de Deo, qui est prophetiæ causa.

Ad tertium dicendum, quod aliqua naturalis indispositio, si non remouetur, impedire possit prophetalem reuelationem, puta, si aliquis esset totaliter sensu naturali destitutus, sicut etiā impeditur aliquis ab actu propheticando per aliquam vehementem passionem, uel irā, uel concupiscentiæ, qualis est in coitu, uel per quamcunque aliam passionem: sed talem indispositionem naturalem remouet uirtus diuina, quæ est prophetiæ causa.

ARTICVLVS IIII.

Utrum bonitas morum requiratur ad prophetiam.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod bonitas morum requiratur ad prophetiam. Dicitur enim Sapient. 7. quod sapientia Dei per rationes in animas sanctas se transfert, & amicos Dei, & prophetas constituit, sed sanctitas non potest esse sine bonitate morum, & sine gratia gratum faciente: ergo prophetia non potest esse sine bonitate morum, & gratia gratum faciente.

¶ 2. Præc. Secreta non reuelantur, nisi amicis, secundum illud Io. 15. Vos autem dixi amicis, quia omnia quaecumque audiui a patre meo, nota feci uobis: sed prophetis Deus sua secreta reuelat, ut dicitur Amos 3. ergo videtur, quod propheta sint Dei amici, quod non potest esse sine charitate: ergo videtur, quod prophetia non possit esse sine charitate, quæ non est sine gratia gratum faciente.

¶ 3. Præc. Matth. 7. dicitur attendite falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uelamentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi capaces, sed quicumque sunt sine gratia interiori, uidentur esse lupi capaces: ergo omnes sunt falsi prophetae, nullus est ergo uerus propheta, nisi bonus per gratiam.

¶ 4. Præc. Phil. \* dicit in li. de som. & vig. quod si diuina somniorum est a Deo, inconueniens est eam immittere quibuslibet, & non optimis uiris: sed constat donum prophetiæ esse a Deo, ergo donum prophetiæ non datur nisi optimis uiris.

Sed contra est, quod Matth. 7. his, qui dixerant, Domine nonne in nomine tuo prophetauius? respondetur. Nunquam noui uos.

Secunda Secunda S. Tho. GGG 3

non distribuit prophetiam donum, sicut animas infundit corporibus. s. iuxta materia materiae dispositione. Nec ideo elegit Moysen, Dauid, Iesiam, Hieremiam, &c. in prophetas, quia ipsi habebant dispositionem naturalem ad huius donum deducendum, sed contra, quia ipse distribuit singulis prout uult, & dedit quosdam prophetas, ideo istos disposuit conuenienter ad prophetiam donum. Excluditur enim hinc error philosophorum, qui prophetas oēs ex naturali dispositione constituerunt: ut Arist. in problematibus & Augustinus in sexto naturalium.

Super Questionibus 172. Artic. 4.

In art. 4. eiusdem q. 172. nota circa bonitatem motu quod ad passiones, & actiones exteriores, quod non intendit author ad prophetiam requiri bonitatem morum ex hac parte, scilicet cunctis a passionibus, & actionibus exterioribus, quamuis non requiratur ex alia parte, scilicet ex parte radicis, seu charitatis. Veritas, n. est, & clara apud auctorem, quod prophetia stat cum peccato mortali, & damnatione æterna, ut patet ex Domini autoritate allata, & Hieron. & directo processu articuli huius respondendo ad argumenta. Sed in tendit, & explicat, quod malitia non impedit prophetiam, pro quanto impedit magis mentis eleuatio, & ad contemplationem spiritalium. Quod quidem uerum esse constat, cum passionibus sunt uehementes, & exteriores occupationes.

Veri. q. 2a. art. 5. & op. 3. ca. 222. & 2. Corin. 13.

Lib. de diuinatione q. somnium c. 1. circa pri.

giones multae: sub hac enim ratione impediunt mentis elevationem. Et propterea si ex hac parte aliqua inordinatio moralis sine hmodi malignitudine, vel multitudine occurrant, vel et hmodi quies a passionibus, & occupationibus extraneis fiat, non propter bonum morem, sed naturam, vel speculationem ac per hoc effecta quies sine bonitate morali, stare prophetia est ex hac parte sine bonitate morali.

Lib. 1. c. 18. circa p. 11. g. 1.

In ratione ad quartum eiusdem articuli, nota diligenter glossam auctoris ad text. Arist. aut non esse glossam, sed rationem ad rationem. Arist. dicens, quod ratio illa non est vera de optimis simpliciter, sed ad hoc ex divina electione. Aut si est glossa, non glossa textus illius, in quantum est Arist. sed in quantum est philosophi, quoniam philosophia non est nisi verorum, & constat verum non esse contrarium. Arist. autem constat, quod incedit de optimis simpliciter, & scito, quod auctor pluribus glossat Arist. ut philosophum, non ut Aristot. & hoc in favorem veritatis.

Novit autem Dominus eos, qui sunt eius, ut dicitur 2. Timoth. 2. ergo prophetia potest esse in his, qui non sunt Dei per gratiam.

RESPON. Dicendum, quod bonitas morum potest attendi secundum duo. Vno quidem modo, secundum interiorem eius radicem, quae est gratia gratum faciens. Alio autem modo, quantum ad interiores animae passiones, & exteriores actiones. Gratia autem gratum faciens ad hoc principaliter datur, ut anima hominis Deo per charitatem coniungatur. Vnde Aug. \* dicit in 15. de Trin. Nisi impertiatu cuique Spiritus sanctus, ut eum Dei, & proximi faciat amatorem, ille a sinistra non transfertur ad dexteram. Vnde quicquid potest esse sine charitate, potest esse sine gratia gratum faciente, & per consequens sine bonitate morum. Prophetia autem potest esse sine charitate: quod apparet ex duobus. Primo quidem, ex actu utriusque: nam prophetia pertinet ad intellectum, cuius actus praecedat actum voluntatis, quae perficit charitas. Vnde Apost. 1. ad Corinth. 13. prophetiam connumerat alijs ad intellectum pertinentibus, quae possunt sine charitate haberi. Secundo, ex sine utriusque. Datur enim prophetia ad utilitatem Ecclesiae, sicut & aliae gratiae gratis datae, secundum illud Apost. 1. ad Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Non

nationem eorum, qui invocant, verum, qui vident, & audiunt, connotans illud dicit. Dum audita interpretamur, amata iam novimus, quae desiderijs immuratur, amoris immurabant, & hoc modo, non reuelantur divina prophetis.

AD TERTIUM dicendum, quod non sunt rapaces, sed solum illi nocere. Dicit enim \* Chrysol. de hereticis catholici doctores est fuerint peccatores, non tamen peccatores, non habent propositum perdere. Chrysol. qui prophetia ordinatur ad utilitatem manifestum est tales esse falsos prophetas hoc non mittuntur a Deo.

AD QUINTUM dicendum, quod non semper datur optimis simpliciter, sed doque illis qui sunt optimi, quantum ad perceptionem. Et sic Deus donum praedat, quibus optimum iudicat datur.

ARTICULVS V.

Utrum aliqua prophetia sit a demonibus.

AD QUINTUM sic proceditur. Vt, quod nulla prophetia sit a demonibus. Prophetia enim est divina reuelatio ut Cassiod. dicit: sed illud quod fit a demone, non est diuinum, ergo nulla prophetia potest esse a demone. ¶ 2. Praet. Ad prophetiam cognitionem requiritur aliqua illuminatio, ut supra \* dictum est: sed demones non illuminant intellectum humanum, ut sup. dictum est, in primo. ergo nulla prophetia potest esse a demonibus.

¶ 3. Praet. Non est effectus signum, quod et ad contraria se habet: sed prophetia est signum confirmationis fidei, ut super illud Ro. 12. Siue prophetiam sine ratione fidei, dicit glol. \* Nota, quod in numeratione gratiarum a prophetia incipit, quae est prima probatio, quae fides nostra sit rationalis, quae credentes accepto spiritu prophetiae non ergo prophetia a demonibus datur.

SED CONTRA est, quod dicitur Reg. 1. ad me venierunt Israel in monte Carmel Baal trecentos quingenta, prophetarum quadringentos, qui comederunt vitulum: sed tales erant demoni cultores, quod etiam a demonibus fit aliqua probatio.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dicitur prophetia importat cognitionem a qua non stentem a cognitione humana. Manifestatio intellectus superioris ordinis aliqua est, quae sunt remota a cognitione humana. Supra autem intellectum humanum est intellectus diuinus, sed et intellectus angelicus & malorum secundum naturam ordinem cognoscunt demones etiam sua natura.

autem ordinatur directe ad hoc, quod affectus ipsius prophetae coniungatur Deo, ad quod ordinatur charitas, & ideo prophetia potest esse sine bonitate morum, quantum ad propriam radicem huius bonitatis. Si vero consideremus bonitatem morum secundum passiones animae, & actiones exteriores, secundum hoc impeditur aliquis a prophetia per morum malitiam. Nam ad prophetiam requiritur maxima mentis eleuatio ad spiritualium contemplationem, quae quidem impeditur per vehementiam passionum, & per inordinatam occupationem rerum exteriorum. Vnde & de filijs prophetarum legitur 4. Reg. 4. quod simul habitabant cum Helisaeo, quasi solitariam vitam ducentes, ne mundanis occupationibus impedirentur a dono prophetiae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod donum prophetiae aliquando datur homini, & propter utilitatem aliorum, & propter propriae mentis illustrationem. Et hi sunt, in quorum animas sapientia diuina per gratiam gratum facientem se transferens, amicos Dei, & prophetas eos constituit. Quidam vero consequuntur donum prophetiae solum ad utilitatem aliorum, qui sunt quasi instrumenta diuinae operationis. Vnde Hiero. \* dicit super Math. Prophetare, vel virtutes facere, & demonia eicere, interdum non est eius meriti, qui operatur, sed vel inuocatio nominis Christi hoc agit, vel ob condem-

In illud Matt. 7. Nonne in nomine tuo prophetauimus, & non?

ne, que sunt remota ab hominum cognitione, quae possunt hominibus reuelare. Simpliciter autem & maxime remota sunt, quod solus Deus cognoscit: & ideo propheta proprie & simpliciter dicta, fit per sola diuina reuelatione: sed ipsa reuelatio facta per demones potest sine quid dici propheta. Vnde quibus aliquid per demones reuelatur, non dicuntur in scripturis prophetae simpliciter, sed cum aliqua additione, puta, prophetae falsi, vel prophetae idolorum. Vnde Aug. 12. super Gen. ad literam. Cum malus spiritus arripit hominem in haec. visa, aut demoniacos facit, aut arreptitios, aut falsos prophetas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Cassiodorus ibi diffinit prophetiam proprie, & simpliciter dictam.

AD SECVNDVM dicendum, quod demones ea, quae sciunt, hominibus manifestant, non quidem per illuminationem intellectus, sed per aliquam imaginariam visionem, aut etiam sensibilibus colloquendo, & in hoc deficit haec prophetaia vera.

AD TERTIVM dicendum, quod aliquibus signis est exterioribus, discerni potest prophetaia demonum a prophetaia diuina. Vnde dicitur Chryso. super Matth. quod quidam prophetae in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores: sed sic discernuntur, quia diabolus interdum falsa dicit, Spiritus sanctus numquam. Vnde dicitur Deute. 18. Si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus? hoc habebis signum, quod in nomine Domini prophetae praedixerit, & non euenierit, hoc Dominus non est locutus.

Super Quaestio 172. Artic. 6.

ARTICVLVS VI.

Prum prophetae demonum aliquando praedicent verum.

IN art. 6. eiusdem q. 172. hoc solum dicitur occurrit, quod Sybylla, quae hic inter demones prophetas computatur, superius in q. 2. ar. 7. ad tertium inter personas in fide Christi expliciter falsitas computari videtur. Materia signum haec incerta cum sit, quia de indiuiduis non pertinet ad fidem esse, modo in vna, modo in alia parte declinare permittit.

AD SEXTVM sic proceditur. Vbi, quod prophetae demonum numquam vera praedicant. Dicit enim Ambr. quod omne verum a quoque dicitur, a Spiritu sancto est: sed prophetae demonum non loquuntur a Spiritu sancto, quia non est conuentio Christi ad Belial, ut dicitur 2. Cor. 6. ergo videtur, quod tales nunquam vera praenuntiant.

¶ 1. Praeterea. Sicut veri prophetae inspirantur a spiritu veritatis, ita prophetae demonum inspirantur a spiritu mendacii, sicut illud 3. Reg. 18. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius: sed prophetae inspirati a Spiritu sancto numquam loquuntur falsum, ut supra habitum est, ergo prophetae demonum numquam loquuntur verum.

¶ 2. Praeterea. Ioan. 8. dicitur de diabolo, quod cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia diabolus est mendax, & pater eius, id est, mendacii: sed inspirando prophetas suos diabolus non loquitur, nisi ex proprijs. Non enim constituitur minister Dei ad veritatem enuntiandam, quia non est conuentio lucis ad tenebras, ut dicitur 2. Corinth. 6. ergo prophetae demonum numquam vera praedicunt.

SED CONTRA est, quod Num. 22. dicitur quaedam gl'of. Balaam diuinus erat demonum. s. ministerio, & arte magica nonnumquam futura praecognoscebat: sed ipse multa praenuntiant vera, sicut est id, quod habetur Num. 24. Orietur stella ex Iacob, & confurget virga de Israel. ergo etiam prophetae demonum praenuntiant vera.

A RESPON. Dicendum, quod sicut se habet bonum in rebus, ita verum in cognitione. Impossibile est autem inueniri aliquid in rebus, quod totaliter bonum priuetur. Vnde impossibile est esse aliquam cognitionem, quae totaliter sit falsa absque admixtione alicuius veritatis. Vnde Beda dicit, quod nulla falsa est doctrina, quae aliquam aliquam vera falsis intermiscet. Vnde & ipsa doctrina demonum, quae suos prophetas instruunt, aliqua vera continet, per quae receptibilis redditur. Sic enim intellectus ad falsum deducitur per apparentiam veritatis, sicut voluntas ad malum per apparentiam bonitatis. Vnde Chryso. dicit super Matth. Concessum est diabolo interdum vera dicere, ut mendacium suum rara veritate commendet.

D. 273. & 1143.

Id habet Aug. in 2. q. 40. in ca. 40. tom. 4.

Hom. 19. in Matt. i. ope re imperite to. 2.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quod prophetae demonum non semper loquuntur ex demonum reuelatione, sed interdum ex inspiratione diuina, sicut manifeste legitur de Balaam, cui dicitur Dominus esse locutus, Num. 22. licet esse propheta demonum, quia Deus utitur etiam malis ad utilitatem bonorum. Vnde, & per prophetas demonum aliqua vera praenuntiant, tum ut credibilior fiat veritas, quae est ex aduersarijs testimonium habet, tum etiam, quia cum homines talia credunt, per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur: unde et Sybilla multa vera praedixerunt de Christo. Sed et quando prophetae demonum a demonibus instruuntur, aliqua vera praedicunt, quoad quidem uirtute proprie naturae, cuius actor est Spiritus sanctus, quae etiam reuelatione bonorum spirituum, ut patet per Aug. 2. super Gen. ad literam. Et sic et illud uerum quod demones enuntiant, a Spiritu sancto est.

C AD SECVNDVM dicendum, quod uerus propheta semper inspiratur a spiritu ueritatis, in quo nihil est falsitatis, & ideo numquam dicit falsum. Propheta autem falsitatis non semper instruitur a spiritu falsitatis, sed quandoque etiam inspiratur a spiritu ueritatis. Ipse etiam spiritus falsitatis quandoque enuntiat uera, quandoque falsa, ut dictum est.

Lib. 2. c. 19. tom. 3.

D AD TERTIVM dicendum, quod propria demonum dicuntur esse illa, quae habent a seipsis. s. mendacia, & peccata: quae autem pertinent ad propriam naturam, non habent a seipsis, sed a Deo. Per uirtutem autem proprie naturae quandoque uera praenuntiant, ut dictum est. Vt utitur etiam eis Deus ad ueritatis manifestationem per ipsos fienda, dum diuina mysteria eis per angelos reuelantur, ut dictum est.

In corp. ar.

In cor. ar. & ad 1. in sol. ad 1.

QVAESTIO CLXXIII.

Super Quaestio 173. Art. primum.

De modo propheticae cognitionis, in quatuor articulis diuisa.

IN artic. 1. quaest. 173. quoniam uero Dei dictum est in primo libro q. 12. & de speculo aeternitatis, cuius lucra meminit, distulit tractatur in artic. 6. q. 12. de ueritate: idcirco ad illa recurre loquar, si uis haec amplius discutere, aut uisculosa uideri.

E DEINDE considerandum est de modo prophetice cognitionis. CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum prophetae uideant ipsam Dei essentiam.

¶ Secundo, Vtrum reuelatio prophetica fiat per influentiam aliquarum specierum, uel per solam influentiam luminis.

¶ Tertio, Vtrum prophetica reuelatio semper sit cum alienatione a sensibus.

¶ Quarto, Vtrum propheta semper sit cum cognitione eorum, quae prophetantur.

Secunda Secundae S. Thoma. GGG 4 ARTI-